

ius ergo numeri duas tertias continebit hic numerus $\frac{7}{3}$.

14. Hic numerus 7. quot octauas partes vnius integri comprehendit? Item numerus hic $\frac{7}{4}$. quot duodecimas partes vnius integri continet? Item hic $\frac{7}{8}$. quot octauas vnius integri complectitur? Multiplicatio huius generis quaestiones dirimet. Si enim datus numerus per denominatorē partium, quæ quaeruntur, multiplicetur, dabit productus numerus numerum partium quaesitum. Vt in prima quaestione, multiplicatis 7. per 8. fiunt 56. Numerus ergo 7. continebit 56. octauas. In secunda autem quaestione, multiplicatis $\frac{7}{4}$. per 12. fiunt 9. Numerus ergo $\frac{7}{4}$. complectitur nouem duodecimas. In tertia denique quaestione, multiplicatis $\frac{7}{8}$. per 8. fit numerus $\frac{7}{1}$. hoc est, 7. Numerus ergo $\frac{7}{8}$. continet tres octauas, & $\frac{7}{8}$. vnius octauæ. Atque hoc ita esse, perspicuum est. Si enim $\frac{7}{8}$. $\frac{1}{8}$. hoc est, $\frac{7}{8}$. & $\frac{1}{8}$. in vnam summam colligantur, deprehendentur $\frac{7}{8}$. Ex quo fit, $\frac{7}{8}$. continere $\frac{7}{8}$. & $\frac{7}{8}$. $\frac{1}{8}$.

Inuentio multitudinis partium quarumcunque, quas datus numerus continet.

REGVLA TRIVM, QVAE ALIO NOMINE REGV.

LA AVREA, SIVE REGVLA proportionum dici solet.

CAP. XVII.

HActenus iacta sunt à nobis necessaris Arithmetices fundamenta; sequuntur iam